



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum IX. Si eum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

*in fundatione decretum sit, ut Sacerdoti tale beneficium conferatur, si tamen in dubio sit, quid fundatio talis volueret.*

*N*otandum. Quando alicui beneficium curatum confertur, sufficit spectato communi jure, si sacerdotium proximo tempore suscipiat; id autem tempus, intra quod Ordo sacerdotum ad susceptum beneficium requisitus suscipi debeat, est annus.

*c. lices 14. de electione in 6. Clement. 2. de*

*aestate, & in Concil. Trident. sess. 22. c. 4. de*

*reform. ubi hoc idem traditur de Canonici-*

*cis in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegati-*

*s, ad hoc, ut vocem in capitulo habeant;*

*acessarium scilicet esse, ut intra annum à*

*die promotionis, & adepta pacifica possef-*

*sionis; vel cum per eos stare incipit, quod*

*minus eam accipiunt, juxta c. commissa 35.*

*§. annus de electione in 6. Subdiaconatum*

*accipiunt.*

*Id vero speciale est in Ecclesijs parochia-*

*bus, quod, qui eas accipiunt, & intra an-*

*nnum ad sacerdotium, secluso legitimo im-*

*pedimento, aut dispensatione impetrata,*

*promoveri le non patiuntur, ipso jure pri-*

*vati existunt; in alijs autem beneficijs*

*certum sacram Ordinem requirentibus, si*

*promoti eum intra anni spatium accipere*

*negligant, per sententiam privandii sunt.*

*c. cum in causis 7. §. inferiora. de elec-*

*tione, præterquam si Episcopus causâ studio-*

*rum dispensem, prout dixi in c. cum ex co-*

*34. de electione in 6.*

*2. Porro, quæ dicta sunt, secundum jus*

*commune, eadem locum habent in particu-*

*laribus Ecclesiistarum statutis, & fundatio-*

*nibus, si decretum sit, ut Canonicatus vel*

*Capellania sacerdoti conferatur, ita, ut in*

*dubio sat's sit, promovendum sic esse com-*

*paratum, ut intra annum Sacerdotium sus-*

*cepturns sit, prout annotavit hic Ancharen-*

*nor. 2. & docui lib. 4. tract. 2. c. 14. n. 2. §.*

*altera qualitas, quia decens est, ut in dubio*

*verba statuti intelligantur secundum jus*

*commune, c. cum dilectus 8. juncta Gl. V.*

*juri communi de consuetudine & L. 2. C.*

*de noxalib. actionib. Sitamen exprimatur,*

*ut beneficium non conferatur, nisi ei, qui*

*sacerdotium accepisset, præsertim si coniue-*

*tudo Ecclesiæ statutum aut fundationem*

*ita interpretetur, observari convenit, sicu-*

*ti loco sit. Ancharen. admonet.*

## CAPITULUM IX.

### Si cum.

#### PARAPHRASIS.

Legatus Apostolicæ Sedis Titio Clerico de-  
dit literas ad capitulum cathedralē, ci-  
que mandavit, ut illum in Canonicum,  
& Fratrem suum recipere, atque bene-  
ficium primò vacaturum conferret, sed  
quia hujusmodi mandato obtempera-  
tum non erat, Titius ad Papam accessit  
supplicans ei, ut literas Legati approba-  
ret, is rescripsit capitulo, & mandavit  
Apostolicā autoritate, ut dictum Ti-  
tium in Canonicum reciperent, ipsique  
præbendam providerent, juxta conti-  
nentiam literarum Legati. Hoc casu  
dubitatum fuit, utrum Titius receptus  
censeret debeat auctoritate Papæ, an au-  
thoritate Legati. Respondet Bonifacius  
VIII. auctoritate papali receptum cen-  
seri, & idem omnibus alijs eadem Apo-  
stolicā auctoritate in ea Ecclesia receptis  
anteferendum esse.

#### SUMMARIUM.

1. *Jus expectativa ad beneficium vacatu-*  
*rum certa persona nemo dare potest*  
*de jure communi, nisi solus Papa.*
2. *Papa dispositionem inferioris, quamvis*  
*ob defectum potestatis invalida sit, si*  
*tamen ex certa scientia confirmet,*  
*suam facit, & vigorem illi tribuit.*
3. *Inter receptos in Canonicos auctorita-*  
*te papali, locus est regula juris: qui*  
*prior est tempore, potior est jure, si*  
*de auctoritate præbenda sit sermo,*  
*prioritatem hanc computando à tem-*pore impetrata collationis.**

**N**otandum primum. Nemo præter Papam certæ personæ expectativam, seu jus dare potest ad beneficium vacaturum. *c. 2. & 3. de concessione præbenda. c. 2. eodem in 6.* Potest tamen Legatus à latere spectato communi Canonico Jure certum beneficium suæ collationi reservare. *c. presenti. 3. de officio Legati in 6. o. cum dilectus 28. de jure Patronatus.* Et docui lib. 4. tract. 2. c. 10. n. 2. Vide etiam, quæ dixi in c. relatum 9. casu 3. hoc tit.

**2.** Notandum secundum. Si Papa dispositionem inferioris ob defectum potestatis invalidam, ex certa scientia, Apostolicâ auctoritate confirmet, tunc dispositionem ad se revocare, seu suæ Papalis auctoritatis, ac vigoris facere, censemur.

**3.** Notandum tertium. Inter receptos in Canonicos auctoritatem Papali in aseptione præbendæ locus est juris regulæ 54. in 6. Qui prior est tempore, is potior jure: sed prioritas hæc temporis attendi debet secundum tempus impetracionis, seu datæ, non à tempore præsentationis, sicuti dictum in c. eum, cui 7. hoc lib. & tit. & tradit Gloss. hic in notandis Gloss. in c. quamvis 8. de rescriptis in 6. Vide, quæ dicentur in c. hi qui 12. hoc tit. In his autem non multum immorari necesse est, cum tales expectatioñæ, & reservationes in Germania, & Gallia, propter concordata, non recipiantur, prout notavit Cokier in Reg. 1. Cancellaria. n. 22.

## CAPITULUM X.

### Mandato.

#### PARAPHRASIS.

Si Papa Episcopo v. g. mandat, ut Titio provideat de beneficio ad ipsius Episcopi, vel alterius v. g. Coepiscopi, collationem pertinente, debet ipse providere beneficium id, quod primo vacarit, sive ad suam, sive ad Coepiscopi pertineat collationem; si autem contingat, ut trunque simul vacare, tunc Episcopus debet providere de beneficio, quod tuæ collationis est, idque propter ordinem

Scripturæ, seu Bullæ Pontificiæ, in qua Episcopus præponitur Coepiscopo.

S U M M A R I U M.

1. *In dispositionibus, quibus onus ant commodum imponitur, inspicie debet ordo nominationis, ut prius nominatus alterius anteponatur.*
2. *Ita ut ex ordine Scriptura dignioriam censeatur, qui priore loco nominatur, & colligatur major effectus charitatis erga primum, quam erga posterius nominatos.*
3. *Nisi ordo juris, qui magis attendi debet, quam ordo Scriptura, aliud jubeat.*
4. *Aut servato Scriptura ordine alius nullus redideretur.*
5. *Et nisi conjecturis insuper habitis, de intentione disponentis aliter constet.*
6. *Unde argumentum hoc ab ordine Scripturae desumptum lubricum est.*

**N**otandum. In dispositionibus, quibus onus imponitur vel primum, commodum, aut honor defertur, inspicie debet ordo nominationis, ut, qui prius nominatus fuit, alterius anteponatur. Ita Domin. & Anchoran. hic Gl. in L. Gallus. 29. §. quidam ff. de liberis & posthumis. Bald. in L. 1. n. 17. c. de operis libertorum. Nicolaus Eberhard, loco primo ab Ordine. Exempli causa si testator jubeat Titiam vel Cajam dotari ad nuptias celebendas, intelligitur Titiam præstulisse, & tantum in defectum eius, si videlicet nubere noluerit, vel non potuerit, Cajam substituisse; & idem quandoque locum haber in copulativa. Et consideratâ tamen conditione materia subiecta, prout Bald. cit. loco notat; si quis redditum annum emat, vel emphyteufin pro se & filio, quod ante mortem patris filius nihil percipere debeat: nam universim loquendo, ordo Scriptura ostendit ordinem voluntatis. L. generaliter §. quod ergo ff. de fideicommissarij libertatibus. l. quies 34. ff. de usfructu. Ubi dicitur: si Titio & Maevio usfructus legatus sit, ita ut alternis annis utantur, prius Titio, deinde Maevio legatum esse, ita ut